

rando magis solida quam speciosa et vane promissas, ut Itali dicere solent, castelli in aëre. (arces in aëre) non video profecto cui alteri debeamus tam periculosis temporibus credere. Reip. nræ regimen, præ isto, qui aetate, prudentiâ, rerum per tot usus ac quæsitâ experientiâ, æstimatione, orbi & nobis notus dignas throno secum fert dotes, cumq; his patria nostra desiderabilem prosperitatem.

Excerpta ex litteris ad viros quosdam
Illustrissimos de statu electionis & Reip.
Polonæ datis.

A. die 9. Junij 1669.

Ad nominandos in Comitio Candidatos nondum ventum est. Omnium ora Neuburgicum & Lotharingum illum potiora, Gallum forte & Moscum, multorum Procerum corda ferunt. Proceres qui prope integros exercitus pro comitatu Stylico adhibent sicut nuper admodum Princeps Boguslaus Radziwilius præeuntibus bis mille Proceribus & Equitibus sequentibus totidem clientibus et militibus Varsaviam inijt, Comitium magna complerunt parte. Jam sexaginta hominum millia in Comitio censentur, licet nondum Proceres vel Equites omnes convenerint. Hinc omnia ibi intuta noctu præsertim. Ivis enim et ipsos custodes pontis Visulæ

impositi et portarum custodiet, qui ipsi transeuntes trucidare cre-
duntur. Sed et magna annonae caritas ex eo metuitur.

2. die 12. Junij 1669

Partes Neoburgicae indies crescebant. Warsavia. Lotharingica in
eodem statu manebant. Illarum fautoribus accesserat Princeps Bogu-
slaus Radziwilius, maximo cum et splendidissimo comitatu
quem secutus erat Stanislaus Michael Lubomirscius Palati-
nus Cracoviensis, quorum ille 2000 hic vero 5000. dientium
militum, satellitum secum adduxit. Comitatus ille Procerum 60.
millia jam tunc constabat sed et illis ipsis apud Nobilitatem
magnam constabat invidiam. Metuunt quippe parate armata
etiam popularium tanto magis Tartarorum Cracovium sed et
Moscorum in finibus libertati et Reip. nostrae insidiantium
suffragia. Sed optandum foret, ut tam domi quam foris pro-
videatur ab iis qui cum autoritate et imperio praesunt ne
quid detrimenti Reip. caperet. Inquam ego ita judi-
co, ut mulieri nil esse salvum, amissa pudicitia, ita nec
Reip. nostrae amissa auita libertate, quae illam maxima pace,
felicitate gloria beaverat. Ideo jam ejus cura tanquam
ordines Reip. creduntur, dum sentiam primario processu
in Lubomirscium latam abrogari allaborant. Quidam
etiam in Radzeovium latam (similis quidem sed in causa
longe dissimili) meminere in comitio. Sed haec ratio,
ne restituenda libertatis et abrogandi summarij processus
a nobis in quibus iste stabilitus et firmatus est initium
faciendum foret. Et sane certus omnino sum neminem

in

